praesenti satisfacere et omne iudicatum fieri debebit et tenebitur se ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat. Illum terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes causa eorum terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione in vel extra Regnum servitio militari ad evictorem ad munimenta vel aliis quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem etiam ultra duorum annos officii praesentis Castrensis Capitanealis Praemisliensis dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes [illegible] prosequutiones faciendo ac praemissa omnia plenius singulis vel triplicatis evasionibus suspensionibus totalis iuris praescriptione terrestri bello convocationes tum et aliis iuris medijs defendendis non subterfugiendo nec quovis modo [illegible]. Hac sua personali recognitione ad praemissa accedente

Ortÿnſki Conſorti ſuæ reformat.

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Nobilis Fedor Ortynski Nobilis olim Iac Ortynski cum Nobili Fenna Sokolowska procreatus filius sanus mente et corpore existens a terris districtibus iuribus iurisdictionibus suis quibusuis propriis et competentibus recedendo praesentis autem Castrensis Capitanealis Praemisliensis iurisdictioni se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie subijciendo et incorporando palam publice libere ac per expressum recognovit Quia ipse Nobili Maruszi Winnicka Nobili Hryczko Radziewicz Winnicki cum Nobili Maria Bilinska procreatae filiae consorti suae charissimae summam ducentorum quinquaginta florenorum Polonicalium in et super tota et integra medietate omnium bonorum suorum mobilium et immobilium haereditariorum et obligatoriorum summarumque quarumuis pecuniarum nunc habitarum et imposterum habendarum ratione vero dotis et

expeditionis post eam per se recognitam acceptam et in domum suam importatam Nec non aliam summam Ducentorum quinquaginta florenorum polonicorum ratione veri iusti veri liqui dis dotalicij dedit dotauit inscripsit et reformauit prout per praesentes inscribit reformat et assecurat per ipsam Nobilem Ortynska consortem suam legitimam eiusque Successores hac eadem bona generaliter omnia cum vniuersis vtilitatibus vsibus fructibus tenendi habendi possidendi illisque vtifruendi More et iure aliarum reformationum in Regno hoc obseruari solitarum.

~~Winnickich~~ Coniugum Ortynskich mutua aduitalitas.

Comparentes personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premisliensis Nobiles Fedor Ortynski Nobilis olim Jacobi Ortynski filius ab vna et Marina Winnicka Nobilis Hryczko Winnicki filia Consors ipsius legitima ab altera partibus Sani mentibus et Corporibus existentes a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibus suis quibusuis propriis et competentibus recedendo praesenti autem Jurisdictioni Castrensi Capitaneatus Premisliensis quoad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie subijciendo et incorporando palam publice libere ac per expressum recognouerunt et quilibet illorum Arbitrio suo pro interesse recognouit. Quia ipsi sibi inuicem ac ab vtrinque omnium generaliter bonorum haereditariorum et obligatorum mobilium et immobilium summarumque quarumuis pecuniariarum nunc habitarum et in post habendarum nec non auri argenti clenodiorum gemmarum lapidum praeciosarum vestium vestimentorum Cupri Stanni aeris totiusque supellectilis domesticae ad vitae tempora mutuam aduitalitatem inscribunt et assecurant Tali vero modo Quod si prius Maritum eiusdem discedere contigerit, quam praefatam Consortem ipsius extunc bona omnia morte praefati Mariti ipsius derelicta. Supranominata consors ipsius tene

bit